

INTROIT Psalms 78: 11, 12, 10

Intret in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicinis nostris séptuplum in sinu eórum: vindica sánguinem Sanctórum tuórum, qui effúsus est. (Ps. 78: 1) Deus, venérunt gentes in hereditátem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierúsalem in pomórum custódiám. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sáecula sáeculórum. Amen. Intret in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicinis nostris séptuplum in sinu eórum: vindica sánguinem Sanctórum tuórum, qui effúsus est.

COLLECT

Deus, qui primitías fidei in amplíssimis Boreális Américæ regiónibus beatórum Mátyrum tuórum Joánnis, Isaaáci, eorúmque Sociórum prædicatióne et ságuine consecrásti: concéde propítius: ut, eórum intercessióne, flórida christianórum seges ubíque in dies augeátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

(Commemoration of Sts. Cyprian & Justina, Martyrs)

Beatórum Mátyrum Cypriáni et Justinæ nos, Dómine, fóveant continuáta pæsídia: quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxiliis concésseris adjuvári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

EPISTLE Hebrews 11: 33-39

Fratres: Sancti per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiónes, obturavérunt ora leónum, exstinxérunt ímpetum ignis, effugérunt áciem gládii, convaluérunt de infirmitáte, fortes facti sunt in bello, castra vertérunt exterórum: accepérunt mulieres de resurrectióne mórtuos suos: álii autem disténti sunt, non suscipiéntes redemptiónem, ut meliórem invenirent resurrectiónem: álii vero ludíbria et vérbera expéti, insuper et víncula et cárceres: lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisióne gládii mórtui sunt: circuiérunt in melótiis, in péllibus caprínis, egéntes, angustiáti, afflícti: quibus dignus non erat mundus: in solitudínibus errantes, in móntibus et spelúncis et in cavérnis terræ. Et hi omnes testimónio fidei probáti, invénti sunt in Christo Jesu, Dómino nostro.

GRADUAL Exodus 15: 11, 6

Gloriósus Deus in Sanctis suis: mirábilis in maiestáte, fáciens prodígia. Déxtera tua, Dómine, gloricáta est in virtúte: dextera manus tua confrégit inimicos.

LESSER ALLELUIA

Psalms 144: 10-11

Allelúja, allelúja. Sancti tui, Dómine, benedícet te: glóriam regni tui dicent. Allelúja.

GOSPEL Luke 6: 17-23

In illo témpore: descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copiósa plebis ab omni Judæa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis, qui vénerant, ut audírent eum, et sanaréntur a languóribus suis. Et, qui vexabántur a spíritibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærébat eum tángere: quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes. Et ipse, elevátis óculis in discípulos suos, dicebat: Beáti, páuperes: quia vestrum est regnum Dei. Beáti, qui nunc esurítis: quia saturabímmini. Beáti, qui nunc fletis: quia ridébitis. Beáti éritis, cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos et exprobráverint, et ejécerint nomen vestrum tamquam malum, propter Fílium hóminis. Gaudéte in illa die et exsultáte: ecce enim, merces vestra multa est in cælo.

OFFERTORY Psalms 31: 11

Lætámini in Dómino et exsultáte, justi: et gloriámini, omnes recti corde.

SECRET

Immaculátam hóstiam fac nos, Dómine, puris méntibus offérre, quam beátis Martíyibus tuis illibátis vitæ candor et juge mortificatiónis stúdiu dapem suavíssimam efficiébant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

(Commemoration of Sts. Cyprian & Justina, Martyrs)

Múnera tibi, Dómine, nostræ devotiónis offérimus: quæ et pro tuórum tibi grata sint honóre Justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

COMMUNION Luke 6:18-19

Multitúdo languéntium, et qui vexabántur a spíritibus immúndis, exíbat ad eum: quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes.

POSTCOMMUNION

Fórtium pane reféctis tríbue nobis, omnípotens Deus: ut sicut beáti Mátyres tui Joánnis, Isaaáci, eorúmque sócii, eódem roboráti, animam suam frátribus pónere non dubitáruunt; it nos, alter altérius ónera portántes, próximos nostros ópere et veritáte diligámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

(Commemoration of Sts. Cyprian & Justina, Martyrs)

Præsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis Martyribus tuis Cypriáno et Justina; ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

Let the sighings of the prisoners come in before Thee, O Lord; render to our neighbors sevenfold in their bosom; revenge the blood of Thy Saints, which hath been shed. (Ps. 78: 1) O God, the heathens are come into Thine inheritance; they have defiled Thy holy temple: they have made Jerusalem as a place to keep fruit. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let the sighings of the prisoners come in before Thee, O Lord; render to our neighbors sevenfold in their bosom; revenge the blood of Thy Saints, which hath been shed.

O God, Who didst sanctify the first fruits of the Faith in vast regions of North America by the preaching and blood of Thy blessed Martyrs, John, Isaac, and their Companions: mercifully grant through their intercession that the abundant harvest of Christian souls may increase everywhere day by day. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the continual protection of the blessed martyrs, Cyprian and Justina, comfort us, O Lord; for Thou didst not cease to behold with favor those Whom Thou hast granted the grace of such assistance. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, The Saints by faith conquered kingdoms, wrought justice, obtained promises, stopped the mouths of lions, quenched the violence of fire, escaped the edge of the sword, recovered strength from weakness, became valiant in battle, put to flight the armies of foreigners. Women received their dead raised to life again. But others were racked, not accepting deliverance, that they might find a better resurrection. And others had trial of mockeries and stripes, moreover also of bands and prisons. They were stoned, they were cut asunder, they were tempted, they were put to death by the sword, they wandered about in sheepskins, in goatskins, being in want, distressed, afflicted, of whom the world was not worthy; wandering in deserts, in mountains, and in dens, and in caves of the earth. And all these were found approved by the testimony of faith, in Christ Jesus our Lord.

Glorious is God in His Saints, marvelous in majesty, doing wonders. Thy right hand, O Lord, is magnified in strength: Thy right hand hath slain the enemy.

Alleluia, alleluia. Thy Saints shall bless Thee, O Lord; they shall speak of the glory of Thy kingdom. Alleluia.

At that time, Jesus coming down with them, stood n a plain place, and the company of His disciples, and a very great multitude of people from all Judea and Jerusalem, and the sea coast both of Tyre and Sidon, who were come to hear Him, and to be healed of their diseases. And they that were troubled with unclean spirits, were cured. And all the multitude sought to touch Him, for virtue went out from Him, and healed all. And He, lifting up His eyes on His disciples, said: Blessed are ye poor, for yours is the kingdom of God. Blessed are ye that hunger now: for you shall be filled. Blessed are ye that weep now: for you shall laugh. Blessed shall you be when men shall hate you, and when they shall separate you, and shall reproach you, and cast out your name as evil, for the Son of Man's sake. Be glad in that day and rejoice; for behold, your reward is great in heaven.

Be glad in the Lord, and rejoice, ye just; and glory, all ye right of heart.

O Lord, grant that we may offer with pure minds the spotless host, which to Thy blessed Martyrs, through their immaculate life and continual practice of mortification, became a most sweet banquet for them. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We offer unto Thee, O Lord, the gifts of our devotion: may they please Thee as honoring Thy just ones, and through Thy mercy profit us unto salvation.. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

A multitude of sick, and they that were troubled with unclean spirits, came to Him; for virtue went out from Him and healed all.

O almighty God, grant to us who are fed with the Bread of the strong, that as Thy blessed Martyrs John, Isaac, and their Companions, strengthened by this same Bread, did not hesitate to lay down their lives for their brethren,; so we, bearing one another's burdens, may love our neighbor in deed and in truth. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, through the intercession of Thy holy martyrs, Cyprian and Justina, that what we take with the mouth, we may receive with a pure heart. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.